

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 78

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler]: Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. I (Cod. 1-200) (handschriftlich) [um 1800], 169.

Cod. LXXVIII. n. 1. 2.

769.

Cod. LXXVIII

membran. 4. min. : lxx. : 15.

1.
6. 7.

1. Fol. 1 - 148.

I. Isidori Hispalensis
Episcopi lib. III
Sententiarum
de Summo bono.
1a - 148b

I. Isidori Hispalensis Episcopi lib. III Sententiarum de Summo bono. Praecedunt capitula; opus ipsum incipit: "Summum bonum Deus est." Finitur hoc Subscriptio: "Explicit liber sententiarum et cum finitio libro sit laus et gloria christolomaei." Codex itaque completus est. Vide supra Codicem LXXVI. Ar. I.

2. Fol. 149 - 196.

Innocentii III.
Lib. III de contemptu mundi.
149a - 196b

Innocentii III. Papae lib. III de contemptu mundi, seu miseria humanae conditionis. Titulus est: "Incipit liber de miseria homines per lege humanae conditionis editus alothario diacono cardinali sanctorum Sergii et bachi qui postea Innocentius papa III. appellatus est." Tum sequuntur librorum capitula. Totum hoc opus editum in edit: opp: Innocentii III. Colon: 1552. Fol. CCIX. Manus coeva in prima superiori titulo preposuit: "Iste Innocentius est petrus de tarantasio"

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 78

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler]: Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. I (Cod. 1-200) (handschriftlich) [um 1800], 170.

f 70.

Cod. LXXVIII. n. 3.

quod omnino falsum; nam Petrus de Taran-
stasio dictus est Innocentius V.

De Innocentio III vide supra cod. LXXVIII. n. 6.

3. Fol. 197. - 242.

Joannis de Deo
Tract. de Dispensat.
rat. form. sentent.
et relati.

197a-242a

Joannis de Deo Tractatus, seu Summa de
Dispensationibus, super formandis senten-
tiis, et de Relationibus. Incipit: "In-
cipit libellus dispensationum in quo
XXIII capitula ponuntur" Prologus in-
cipit: "Venerabilibus viris Fratribus".
Caput primum agit de dispensatione di-
vina circa genus humanum. Eundem
tractatum ms. aservari in regia Galliae
Bibliotheca ait Cudaeus Tom. I. col. 179.
Fol. 225 pagina aversa codicis nostri legitur:
"Explicit Summa super dispensationibus
universis Incipit Summa super formandis
sententiis universis" etc. Fol. 230 pag.
aversa, linea ultima hanc ipse reddit
de operibus suis notitiam: "Explicit Summa
composita super dispens. omnium Prala-
torum et aliorum laicorum - - a ma-
gistro Jo. de deo Yffano doctore decretorum"

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 78

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler]: Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. I (Cod. 1-200) (handschriftlich) [um 1800], 171.

Cod. LXXVIII. n. 3.

171.

N. rum composita ad honorem summe trinitatis
 et individue unitatis patris et filii et spiritus
 sancti et sanctissimi patris innocentii III^{mi}
 quem deus ad apicem tanti pontificis ab ini-
 cicio providit et nostris temporibus graciele,
 regit cui supplicando comitto ut si quid in
 hoc opusculo minus perite vel iniaute posita
 sunt a te qui redem et fidem b. petri tenes
 emendantur, et non solum hoc opusculum, sed
 et alia plura opuscula. que diversis temporibus
 composui. ad honorem summe trinitatis. et
 sancte romane ecclesie. que opuscula sunt
 hoc breviarium sub tot. corp. decret. et
 casus decret. cum canonibus concordata et
distinctiones super toto jure canonico, et
libellus iudicium, quo docentur iudices, et
 factores et rei et advocati - et notabilia
 cum summis sup. titulis decretalium et
 cum epistolis canonicis de div. / debitis /
solvendis. et chronica veridica / vel iudica?
 a tempore petri usque ad tempus tuum.
 cum canonibus concordata - - et arbor
verificata et apparatus super toto corp.
re doctorum cum ystoris et constructio-
nibus et casibus universis et summa - -
 et causis decretorum in huguero / apud Ni-
colaum Antonium Bibl. vet. Hisp. lib. 8. cap. 3.
pag. 45. Hugutio / ferariensis Episcopi defec-
stilo suo consimili et ampliori in quibus
multa tractari tam de jure, quam de
ecclesiast. sacramentis, et si que imperite
vel minus bene dixi vel posui in eis
a te cupio emendari. Confiteor enim tene,
re dogma fidei quomodo tenes et ecclesia
rom. et hoc opusculum presens composui ad

172.

Cod. LXXVIII. n. 5.

instantiam fratrum predicatorum et minorum
 et heremitarum et in solarium divergarum
 nationum et multorum aliorum sub anno do-
 mini M^o CC XLII^o Indict. I. V. Kal. Sept. tan-
 pinus in perfectione ego mgr Joa. de deo ve-
 riam postulo a lectoribus universis "
 Post haec immediate: " Incipit Summa de re-
 lationibus tam in initio liti^o quam in medio
 et in fine. In calce huius tractatus legun-
 tur sequentia: " Explicet libellus dispensa-
 tionum et formationum sententiarum et re-
 lationum et consultationum a magistro Jo.
 de deo doctore decret. Ypsano ad honorem
 sume trinitatis et individ. unit. sancte
 romane ecclesie tuique innoc^o. III^o pape
 compositus cui libellus mittitur corrigen-
 dus sicut superius in serie prenotatur,
 et w primus et novissimus Alleluja "

" Ego quem patria genuit pia portugalesis
 Digna cathedravit verbis scola bononienses
 Huius opus aptavi tutas pia Virgo Maria
 Sed tamen emendat tua praefuldocta Sophia "

Ex his subscriptionibus patet Joannem de
 Deo circa medium decimum tertium saec-
 culum floruisse; cum Actum Bononiensem
 extitisse, et praefata opera usque ad an. 1243
 eluibrasse; tresque memoratos tractatus,
 scilicet de dispensationibus, formandis
 sententiis, et relationibus unum opus ju-
 ridicum constituere. Vide Ant. Bibl.
 Hisp. l. c: Oudinum Tom. 3. col. 177.
 Fabric: in Bibl: med: & inf: lat: T. 2.
 pag. 27.

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 78

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler]: Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. I (Cod. 1-200) (handschriftlich) [um 1800], 173.

Cod. LXXIX.

173.

Quae in codice nostro a fol: 235, et seq: oc,
currunt sunt regulae de visitationibus, in-
quiritionibus, Sectionibus de ejusdem for-
matis auctoris.

Fol: **LXXIX**. Decal
membr: 8. Sec 13. - v 14.

1.
6.8.
0,5.

S. Biblia V. & N. Testamenti ju-
ta versionem vulgatam. Praecedit Ca-
pitularium Epistolarum, et Evangelio-
rum, in cuius calice legitur: "Explicit
Capitularium Epistolarum, et evangelio-
rum tam de tempore quam de sanctis per
manus Alberti elsendorfer aliter subtilis

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 78

Österreichische Akademie der Wissenschaften, Institut für Mittelalterforschung, Abteilung Schrift- und Buchwesen: manuscripta.at -
Mittelalterliche Handschriften in österreichischen Bibliotheken

Permalink: manuscripta.at/?ID=27416

Hill Museum & Manuscript Library, Saint John's University, Collegeville MN, USA - Online manuscript description:

[OLIVER - Online manuscript description \(HMML\)](#)